

2750.

1734 17 20

Q. D. B. V.
DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM IVRIDICAM
DE
IVRIBVS ATQVE EFFECTIBVS
SIMVLTANEAE
INVESTITVRAE
IN FEVDIS
MERE HEREDITARIIS

PRAESIDE
IO. GODOFR. KRAVSIO, D.
DIGEST. INFORT. AC NOV. P. P. CVRIAEC PRO-
VINCIALIS, SCABINATVS ET FACVLT. IVRID.
VITTEMBERG. IVDICII ITEM PROVINCIALIS
INFER. LVSAT. ASSESSORE
PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
AC PRIVILEGIA
RITE CAPESSENDI
AD DIEM X. APRILIS MDCCXXXIX.
IN AUDITORIO MAIORI
HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVENTIS
PVBLICAE CENSVRAE SVBIICIT
CHRISTOPH. SIGISM. GEVDTNERVS
ADVOCAT. IMMATICVL.

VITEMBERGAE
TYPIS EPHRAIM GOTTLLOB EICHSFELDII
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

DISSERTATIONIS IN VAGABEDEI TAVIDIVM
DE

IURIAS ATQVE HERETICAS
SIMILIAE
IN VAGABEDEI
HABITATIBUS

DE GOODRICHENSIS D.

DE MORTALITATE ET VITALIA HOMINUM
HOMINUM VITIA ET MORIBUS ET PROVINCIALIBUS
PROVINCIIS ET CIVITATIBUS ET TERRITORIIS
TERRITORIIS ET PROVINCIIS ET CIVITATIBUS

DOMINI PROFLICANTIA
AD ALIMENTA VITIA HONORES

AD DIETAS ET VITIAS MEDICALIA
VITIAS MEDICALIA ET DIETAS

HOMIS VITIA ET DIETAS
TERRITORIIS ET PROVINCIIS ET CIVITATIBUS

CHRISTOPHI SEBASTIENI CEDERHRS

DISCUSSIONES
SOCIETATIS MEDICO-PHYSICALIS
ACADEMIAE BEROLINENSIS

V I R O
MAGNIFICO ATQVE EXCELLENTISSIMO
D O M I N O
**PAVLO CHRISTIANO
SCHROETERO**

ICTO CELEBERRIMO

IN POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS SE-
RENISSIMIQVE SAXONIAE PR. ELECTORIS SE-
NATV PROVOCATIONVM SVMMO SVMMOQVE
SACRO CONSILIARIO OMNI MERITORVM
FAMA ET AMPLITVDINE
INSIGNI

DYNASTAE CLIENTELAE VVALDAE, ETC.

**DOMINO ET PATRONO SVO
INDVLGENTISSIMO
OBSEQVII ET REVERENTIAE CAVSA**

B. B. B.

CHRISTOPHORVS SIGISMVND. GEVDTNERVS.

CHRISTOPHERUS SIGISMUNDUS DUDINI
CHRISTIANO DOMINO ET PATRONO SAO
INDULGENTISSIMO OSBONI ET REVERENDA
DYNASTAE CLOTHINAE AVALDÆ
INSIDII
LAM ET AMBITUDINE
SIGISMUNDUS
MAGNITUDO TOTÆ EXCELSITATISIMO
DOMINO
PAULO CHRISTIANO
SCHROETERO

VIR MAGNIFICE
ATQVE EXCELLENTISSIME
MECAENAS INDVLGENTISIME!

Si quid est beneficium, aut si quod munificentiae documentum, ab humana virtute expectandum, illud omne, **VIR MAGNIFICE atque EXCELLENTISSIME,** tanta in me benevolentia contulisti, quanta parentes meos paternamque gentem, gratia es dignatus. **TE, illi a longis**

inde annis rerum suarum experti sunt praesidium, salutis amplificatorem et statorem, nihil in se magis collatum esse rati, quam illa beneficia, quibus me fratremque geminum, gemina mecum in TE religione obsequii & submissa mentis pietate affectum, non affecisti, sed ornaisti, auxisti & cumulaisti. Innumerabilia, quibus patria nostra exsplendescit merita TVA, quum magnorum virorum laudibus concelebrentur, & communis admiratione suspiciantur, nulla, omnium exposita oculis, luce indigent, tenue vero percellunt ingenium, atque in eorum me ire iubent partes, qui pietate ea admirantur priuata & pro TVA salute & rerum incolumentate, vota faciunt, hoc ipso tanto minus in obseruantiae officiis defecturi, quanto magis, VIR EXCELLENTISSIME, communem salutem, in summo dignitatum positus loco, prudentibus & publice salutaribus consiliis augere sat agis, laudum omnium, ut ut iustissimarum, pro magnae mentis & erectae modestia, impatiens. Priuatae autem munificentiae excellentis monumenta ita animum religione impleuerunt, & sui admiracione commouerunt, ut publica ea laude & veneracione profiteri, satius esse duxerim, quam tacita & domestica pietate illa prosecutus, tam illustre munificentissimi viri exemplum, dominum retinere, quod proficuum aliorum rebus angustis esse, aliosque ad sui imitationem inuitare posset. Longum esset atque ab hoc alienum loco, omnia referre beneficiorum genera, quibus

bus abs TE, VIR EXCELLENTISSIME, ego sum
cumulatus, talibus utique ac tantis, vt nullam eorum partem
oratione, quamlibet diserta, assèqui, aut cogitatione comple-
cti, nedum eorundem inire minerum possim. Parentum res
non tuitus modo, es per plurimos annos, tam raro, quam sum-
mo, fauoris & indulgentiae, exemplo, sed etiam nunc tueris
& sustentas. Vitembergam me & fratrem alterum geminum
profecturos, TVO fauore ornatos dimisisti, & ne alieno lo-
co degentibus TVAE benevolentiae fructus decessent, vt
publicis beneficiis & priuata eorum, qui TEcum amplissima
necessitudine iuncti sunt, benignitate & munificentia frue-
remur, mihi, vt a Senatu Dresdensis Ciuitatis grauissimo,
munus actuarii demandaretur, auctoritate TVA solus effeci-
sti, fratri gemino Sacerdotium ecclesiae Valdensis contulisti,
TE tandem, superstite, mater, maritum, liberi parentem, su-
periori anno extinctum, vix sentimus. Quid CONIVX
TVA INDVLGENTISSIMA? quae viua in omnis
beneficentiae societate fuit, matrona optima, ad benefacien-
dum nata, quae nuper immatura morte rebus humanis exem-
pta, tantum sui reliquit desiderium, quantum omnes boni vix
ferre potuerunt. Quae quidem omnia, & reliqua fauoris
TVI pignora, VIR EXCELLENTISSIME, cum
publicum animi gratismi cultus, submissae reverentiae, &
religiosissimi obsequii postulent testimonium, dabis hoc pie-
tati

tati & obseruantiae, quod tesseram eius rei Disputationem
hanc qualemcumque esse voluerim, illud reverenter orans, ut ea
hanc suscipere benevolentia velis, qua me adhuc dignaris gratia.
TVM ceterum, quem perpetuum, si merebor, esse pre-
cor, & quanta sanctitate, tanta pietate & mentis veneratione
tuebor, serues mihi fauorem, **TE** vero, Deus, patriae rebus
& communi saluti, **TIBI** & patriae **FILIVM OPTI-
MVM**, **TVI** simillimum, rerum omnium incolmitate gau-
dentes.

VIR MAGNIFICE
ATQUE EXCELLENTISSIME,
EXCELLENTISSIMI NOMINIS
T VI

cultor clientis iure deuotissimus & obsequiosissimus

CHRISTOPHORVS SIGISM. GEVDTNERVS.



§. I.



Imultanea inuestitura, cuius in rubro disser-tationis nostrae mentionem fecimus, in actu quodam solenni consistit, quo do-minus feudi directus, vel ad vasalli pos-sessoris petitionem, vel saltem consensu eius interueniente, fidem sibi promitten-tem in vasallum certo modo recipit, ei-que, non quidem dominium utile, ius ta-men quoddam reale praesentaneum, cum iure possessoris quodammodo commune, in feudo iam alteri dato, tribuit, certamque successionis spem in casum, si pree-sens possessor, aut absque descendantibus, ad succedendum in feudum habilibus, decesserit, aut hi etiam morte extinti sint, pro-mittit et concedit. B. HORN. *Iurispr. feud. Cap. XII. §. 26.* STRVV. Synt. Iur. feud. Cap. IX. §. 14. dicitur etiam coniuncta manus, germanice, gesamte Hand, Mitbelehnshafft, ea forte ex causa, quod olim simultanee inuestiendi signa, quibus vasalli inuesti-ri solebant, & quae recenser CAROLVS DV FRESNE in *Glossario*, voce *inuestitura*, aut apprehendebant, aut pallium, principaliter inuestiti, tenebant. HORN. d. I. Cap. XII. §. 27.

A

§. II.

§. II.

Quemadmodum vero, praeprimis olim, feudorum traditio-
nes atque inuestiture, movente iterum DV FRESNE d. I.
non nudis verbis, aut per simplex instrumentum, vel chartam,
sed per symbola quaedam stata ac fixa, id est, legibus vel con-
suetudine recepta ac definita, quaeque rei in alterius dominium
translationem factam reapse denotabant, fieri solebant; ita
ea in actu simultaneae inuestiturae aequa exhibita fuisse, eo mi-
nus dubitandum est, cum ad formam simultaneae inuestiturae
pertineat, ut dominus simultanei inuestiendum ritu solenni in-
uestiat, in vasallum recipiat, ac ius in feudo simultaneum tri-
buat, das einem die gesamte Hand geliehen, oder das einer mit
den andern sämtlich beliehen werde. O B R E C H T. *Disp. feud.*
Cap. 9. tb. 277. & 278. Licet enim concessa simultanea inuesti-
tura, simultanee inuestiro, neque dominum vtile praesentane-
um, neque possessionem tribuat, quemadmodum pluribus de-
dicit HORN. d. I. §. 29. & 30. operatur tamen aliud ius rea-
le in feudo, quod non nudis pactis, sed mediante solenni in-
uestitura abusiva acquiritur. CARPZO V. Lib. VI. Resp. 74.
STRVV. d. I. Cap. IX. §. 16. Hodie quidem actus inuestitu-
rae non ubique exhibitis eiusmodi symbolis peragi solet, sed
ad obseruantiam ac consuetudinem cuiusvis loci, respicien-
dum est. confer B. HORN in *Iurisprud. Feud. Appendix I.*
Num. III. ubi formam inuestiturarum, in Curia Electorali Sa-
xonica receptam, sistit.

§. III.

Introducta vero est simultanea inuestitura, de qua hoc loco a-
gimus, primario intuitu eorum, qui vasallo, sine descendentibus
habilibus relictis, demortuo, aut his etiam morte extintis,
licet maxime ei aut sanguine, aut singulari amicitiae vinculo
essent iuncti, in feudum ab eo relictum succedere non pote-
rant.

rant. Feudorum enim intuitu, & ne domino directo dominium suum directum prorsus sit inutile, aut spes consolidatio-
nis nimis retardetur, aut ratione praefandorum officiorum
feudalium iniqua conditio inferatur, successiones in feuda per-
quam diminuta & restricta sunt.

§. IV.

Primis scilicet temporibus, sicuti constat ex textu *I. F. 1. §. 1.*
nulli prorsus ius succendi in feudum competebat, sed do-
minus directus facultate, feudum vasallo concessum ac tradi-
tum, pro lubitu & quandoconque hoc ipsi placebat, auferen-
di & ad se trahendi, gaudebat, ita, ut in vim precarii istud tan-
tum possidere videretur vasallus *STRVVIVS d. I. Cap. IX.*
Aphor. 1. n. 1. quae potestas postmodum ita restringebatur, ne
ea potestate intra spatium annale, a tempore feudi concessi
computandum, vt posset, quod deinde ad totam vasalli vitam
extendebatur, ita, ut nonnisi iusta causa interueniente, domino
facultas feudum viuo vasallo reuocandi, concederetur, sed nec
ita vlli, ne quidem filii a vasallo relictis, competebat ius suc-
cedendi in feudum a vasallo demortuo reliquum, illud potius
per vasalli mortem ad dominum directum reuertebatur.

§. V.

Successu vero temporis ius vasalli intuitu feudi concessi est
auctum atque extensum. Constat enim ex textu iuris feu-
dalium *I. F. 1. §. 1. & 2.* per constitutionem Conradinam, quae
s. F. 2. occurrit, successiones in feuda post obitum vasalli in-
troducedas esse, ita, vt non descendentes tantum, sed & iis de-
ficientibus, collaterales admitterentur. Vtrum autem Con-
radus dictus primus huius introducedae successionis auctor fu-
erit, ita vt ea ante eius tempora non obtinuerit, multi dubi-
tant, tum, quod extant varia vestigia in antiquis monumentis,

A 2

quae

quae ad liberos feuda deuoluta esse, docent, quamvis probabile videatur, hoc solum beneficio singulari, non lege aut consuetudine vniuersali factum esse, tum, quod Lotharii Constitutione, quae extat *I. F. 19.* afferitur: descendantibus, atque collateralibus defuncti vasalli successionem in feuda relictâ concessam fuisse.

Ad hanc etiam q. VI.

Hoc ad minimum ex his introductis successionibus probari nequit, quod simul ius simultaneae inuestitutae introduc-tum receptumque sit, tum quod ii, quibus ex dicta Conradi-na Constitutione ius succedendi in feudum competebat, simultanea inuestitura ob legis prouisionem opus non habebant, tum quod non facile credendum sit, alios, praeter eos, quos dicta Constitutio admittit, ad succedendum in feudum admissos suis-se. Omne enim ius nouum stricte, & ne nimis a iure antea introducto recedat, interpretandum est, *L. 3. s. 1. ff. de negor. gest. ibique BARTOL. L. 2. C. de nox. act. HARTM. PIST. Lib. II. Obs. 21. n. 16.* vnde etiam haud pauci Doctorum feuda-lium negant, eiusmodi simultaneam inuestitutam, de qua hoc loco agimus, iure feudal Longobardico cognitam introductam-que fuisse, confer. *B. HORN. d. l. Cap. XII. s. 25.*

Ad hanc etiam q. VII.

Merito itaque initia huius simultaneae inuestitutae ad iura Germanica, potissimum Saxonica, referenda esse, cum aliis iudicamus; Hisce enim iuribus filiis tantummodo, sub quibus tamen interpretatione visuali, monente *B. HORNIO d. l. s. 27.* nepotes quoque comprehenduntur, exclusis omnibus ex latere defuncti possessoris venientibus, successio in feu-dum a patre vel auo post eorum mortem relictum, tribuitur, id quod probant varii textus tum Iure feudal Saxonico tum

Ale-

Alemannico obuenientes. Sic hoc pertinet ius Saxonum feu-
dale *Cap. VI.* ibi: der Vater erbet auf den Sohn die Gewehr
des Lehens mit sancto dem Guthe, darum darf der Sohn nicht,
dass man ihn mit der Belehnung an des Vaters Guthe weise,
welcher Mann aber keinen Sohn hat, der erbet die Gewehr des
Guthes an seinen Herrn, es sey denn, dass der Herr an dem Gu-
the einem andern verliehen hette das Gedinge. item *Cap. XXI.*
ibi: es vererbet auch niemand ein Lehn an den andern, ohne der
Vater auf den Sohn, idem quoque asseritur iure Alemannico,
quo pertinet *Cap. LXIII. Iuris feud. Aleman.* ibi: es erbet
niemand Lehn, wenne der Vater uf den Sohn. Collaterales ve-
ro omnes, nisi ius simultaneae inuestiturae obtinuerint, a suc-
cessione in feudum dictis iuribus excluduntur, id quod prae-
ter textum *Iuris Saxonici feudal* *Cap. VI.* supra adductum,
probant *Caput eiusdem XXII.* ibi: wenn sie sich aber thei-
len, so hat ihrer keiner kein Recht mehr an den abgetheilten Gu-
the, ob der andere ohne Erben stirbet, nec non *Ius Alman.* ibi:
wenne sie aber das Guthe unter sich getheylend, so het ihr keimere
Nutzid an des andern Guthe, und stirbt ihr einer on Lehens-Er-
ben, so ist sin Teyll dem Herrn ledig.

§. VIII.

Opus hinc habent, qui defuncto vasallo ex latere tantum,
velatio speciali amicitiae vinculo sunt iuncti, si illi post mor-
tem in feudum succedere cupiunt, simultanea nostra inuestitura,
quod etiam textu *Iur. feud. fax. Cap. XXXII.* ibi: es sey
denn, dass einem ieden die Anwartung oder das Gedinge an des
andern theil anderweit gelichen sey, probatur, ita tamen, vt mo-
nente SCHILTERO *Diss. de simultanea inuestitura Cap. II.*
§. 5. sub verbis *Anwartung und Gedinge* non nuda ex-
pectativa, quippe quae a simultanea inuestitura, vti late deduc-
cit HORNIUS *d. l. Cap. XII. §. 7. seqq.* prorsus differt, nec

A 3

eius

eius effectus producit, sed simultanea inuestitura, rite concessa,
sit intelligenda.

§. IX.

Nec aliter hodie, praeprimis in Saxonia nostra, res se habet. Pertinet hoc CONSTITVTIO ELECT. SAX. XLV. P. II. §. gleicher gestalt ic. item das Torgauische Aus- schreiben de anno 1583. Iir. welcher gestalt die Agnaten §. denvm dicteil ibi: vermöge Landüblichen Sächsischen Rech- tens unter denen Agnaten und Schwerdmagen seithalben in de- nen Lehn-Gütern keine andere succession oder Lehns-Folge ist, denn welche man durch die fämtliche Belehnung und gesamte Hand überkomt hinc recte asserit HARTMANN. PI- STORIS Lib. II. Qu. 19. agnatos ex latere venientes non ali- ter, quam vi simultaneae inuestiture, nicht aus Krafft der Sip- pe, Erbschafft, oder angebohrnen Sippeschafft, sondern des Ge- dinges, aus Macht des Gedinges, oder der Gesamtmaß, gesam- ten Hand, ad succedendum in feudum admittendos esse, in du- bio enim existimandum est ius antiquum domesticum in usu esse, donec mutatio, aut per legem aut per coustutidinem fa-cta, doceri atque probari potest.

§. X.

Silentio tamen hic praetereundum non est, MAXIMILIA- NVM II. Imperatorem, Ordines superioris Lusatiae, qui alias iure Saxonico vtuntur, Anno MDLXXV. hoc priuilegio exornasse, vt ius simultaneae inuestiture vasallorum agnatis, vsque ad septimum gradum inclusive, ipso iure & sine speciali impetratiōne ac concessione competit, quod postmodum ab Electore Saxonico IOANNE GFRGIO I. pūissimae memoriae per *Ordinationem feudalem*, quae Anno MDCLIII. prodiit, ylterius confirmatum est, cum quo haud raro con- fundi

fundi solet, priuilegium FERDINANDI I. & MAXIMILIANI II. Vasallis inferioris Lusatiae concessum, quorum alterum Anno MDXXXVIII. alterum vero Anno MDLXX. emissum, atque a B. HORNIO in *Iurisprudentiae feudalis Appendice I. N. VI.* integris verbis recenserur. In dictis enim Priuilegiis vasallis inferioris Lusatiae tale ius, quod ratione simultaneae inuestiturae vasallis superioris Lusatiae tributum est, minime conceditur, sed vasallis huius Marchionatus libere tantummodo de feudis disponendi potestas, quatenus ibidem limitata non est, quo etiam pertinet, si feudum caducitati proximum est, quod VVEISIVS in *Medall. Longobard. Cap. VIII.* §. 4. ita declarat, wenn es nehmlich gus z. oder 4. Augen bestehet, data atque concessa est.

§. XI.

Licet vero ita, praeter descendentes habiles, in Germania, potissimum in Saxonia nostra, absque impetrata simultanea inuestitura niemo ad succedendum in feuda possit admitti; A voluntate tamen atque arbitrio domini directi, praeprimis olim, dependebat, num sibi praesentatum ad consequendam simultaneam inuestituram admittere, eique eam conferre vellet. Quemadmodum enim nec dominus inuitio vasallo simultaneae inuestitos obtrudere potest, CARPZO. Lib. VI. Resp. 75. **Tor**gauisches Ausschreiben Tit. welcher gestalt die Agnaten, sed doch, ita quoque nec dominus, ad recipiendos consequendae simultaneae inuestiturae causa sibi praesentatos, cogi potest, sed utrum precibus vasalli deferre, an vero sibi oblatum ac commendatum nouum vasallum recusare velit, a mero suo arbitrio dependet, CARPZO. d. l. Respubl. 74. Nemo enim inuitus pati tenetur, ut sibi, suisque iuribus, praeiudicium quoddam inferatur, utriusque vero & domino directo & vasallo professori praeiudicium per admissos ac constitutos simultanei inuestitos

uestitos inferri, vel ad minimum metuendum esse, quilibet intelligit, qui effectus simultaneae inuestiture, infra adducendos secum perpendit, qua de causa etiam nec dominus, simultanea inuestiendum sibi praesentatum respuens, vilas recusatiovis suaue causas allegare tenetur, nec distinguendum est, vtrum vasallus eiusmodi simultanea inuestiendum praesentans feudum suum titulo onerofo an lucrativo acquisierit.

§. XII.

Omnia haec intuitu consequendae simultaneae inuestiturae in Saxonia nostra vsque ad tempora Diui IOAN-
NIS GEORGII IV. obtinuisse, dubitandum non est; Negari quidem nequit Serenissimos Eius Antecessores, pro in-
nata Eorum clementia ac indulgentia, precibus vasallorum sup-
plicibus, pro consequendis simultaneis inuestitis praesentatis, fa-
cillime locum deditis, nec sine sufficienti causa eos recusasse,
in tantum vt & WECKIUS in *Annalibus Dresdensibus Part.*
III. Tit. VI. p. 438. testetur, Electorem FRIDERICUM
Placidum, Ordinibus Provincialibus gratiolissime promisisse,
se, fratribus ac patruelibus Vasallorum, denen Brüdern und
Bettern, so eines Helms und Schildes wären, simultaneam in-
uestituram non denegaturum esse, erat tamen haec promissio
ad fratres tantum atque patruelis vasallorum directa, neque
salua juris analogia ad reliquos agnatos, aut prorsus extraneas
personas, poterat extendi.

§. XIII.


Superauit tandem hos suos Antecessores Clementia singulari
Diuus Elector Saxonicus IOANNES GEORGIVS IV.
atque primus fuit, qui Mandato per quam gratioſo, sub die
XII. Septembris MD CXCI. promulgato, vasallis suis intuitu
feudorum nouiter acquisitorum licentiam simultanea inuestien-
dos

dos praesentandi lege publica concessit, ita tamen, ut hac facultate, gratosissime indulta, intra spatum annale, a tempore imperati feudi computandum, yterentur, ac istos, quos simultanee inuestiendos habere cupiant, literis supplicibus Domino suo directo rite praesentarent. Quod spatum annale, ad simultanei inuestiendos offerendos, Potentissimus ac indulgentissimus, Ipsius in Electoratu Successor, Potentissimus scilicet Rex atque Elector Saxonius, F R I D E R I C V S A V G V S T V S, gloriofissimae memoriae, auxit, atque loco spatii annalis, sub die *IV. Martii* Anno M D C X C V I I . integrum quadriennium indulxit, illudque sub initio huius seculi, anno scilicet M D C C . ad humillimas Ordinum Prouincialium preces, ad S E X E N N I V M prorogauit, & peculiari Decreto, sub die *VIII. Februarii* eiusdem anni, confirmauit, simulque istud in Recessu Prouinciali sub d. *XVII. Martii* d. a. emissio, in §. 24. & 25. clementissime repetit, & Rescripto speciali sub die *XVII. Aprilis* d. a. Regimini Prouinciarum Saxoniarum Regio Elecotorali, quo in causis feudalibus hanc gratosissimam declarationem imposterum sequatur, clementissime iniunxit.

§. XIV.

Nec dubitandum est, quod vasallis Saxonis, per adductas gratosissimas concessiones, data sit facultas, non unum tantummodo, sed, sub voce *Mitbelehnte*, plures etiam, ad consequam simultaneam inuestituram, praesentandi, ac Serenissimo Domino directo humilliter offerendi; Cuaeant tamen sibi, ne hac indulta Principis clementia abutantur, & tot ad obtinenda iura simultaneae inuestiture Domino praesentent, quorum numero ius consolidationis Domino competens prorsus fere euertatur. Dubitandum enim non est, quin Dominus, si vasillus, in praesentandis simultanei inuestiendis nimis, libere agat, & numerum eorum admodum excedat, modum suae be-

B
ne.



neuolentiae ponere, atque ad certum numerum hanc prae-sentandi facultatem restringere possit. Sunt quidem Principis beneficia late interpretanda, sed ita, ne mens eius euertatur, et beneficium datum ad non cogitata extendatur, potissimum iis in casibus, vbi a iure communi receditur, quo casu restrictiua potius, quam extensiua interpretatio locum habet, *Cap. 28. de Reg. Iur. in 6to L. 14. ff. de Legibus RAVCHBAR P. I. Qu. 35.* CARPZOV. P. II. Conf. 14. Def. 50. n. 6. neque indefinite dicta generalibus aequipollent, quando de priuando iure com-petente agitur. BARBOSAE *Loc. commun. rubrica de inde-finitis, circa finem.*

§. XV.

Varios vero, eosque insignes effectus simultanea ista inuesti-tura, de qua huc vsque diximus, habet atque producit. Tribuit enim per antea dicta ius succedendi in feudum iis, qui per dispositionem iuris feudalis, a iuribus succedendi in feu-dum prorsus sunt exclusi, possunt etiam simultanea inuestiti, existente successionis casu, feudum propria auctoritate occupare, eiusdemque possessionem, modo vacuum sit, apprehendere, aut, si quis eos in apprehendenda possessione praeuenerit, ob consecutum ius reale, quod, per supra deducta, simultanea in-vestitura, in feudum tribuit, remedia congrua, ad consequen-dam feudi possessionem, aduersus possessorem instituere. Imo, neque ius, quod semel, per imperatam simultaneam inuestitu-ram, consecuti sunt, ne quidem per Dominum directum, aut vasallum possessorem, iis inuitis, vlo modo diminui, multo minus, absque legitima causa, prorsus auferri potest.

§. XVI.

Fluit exinde, quod nec vasallus in praeiudicium simultane-e inuestitorum de feudo, quod possidet, disponere, vel illud alie-

alienare possit, licet maxime ad id Domini directi consensum impetraverit. Si enim de facto hoc fecit, simultanei iurestitis, sicuti iure feudali longobardico agnatis, viuente adhuc vasallo, aut existentibus descendantibus eius habilibus, ius redimendi intra tempus consuetum, de quo vid. HORNIVS d. I. Cap. XX. §. 7. seqq. pro pretio oblato vel dato, in eadem qualitate & quantitate, competit II. F. 3. §. 4. II. F. 26. §. Titius. CONST. ELECT. SAX. XXXIII. & XLIX. Part. II. Possunt etiam post mortem alienantis, eiusdemque descendantium, qui patri in feudum succedere queunt, ex iure deuolutae successionis feudum ita alienatum, nullo pretio restituto, ab eius possessore repetere atque reuocare. I. F. 8. §. hoc quoque. II. F. 39. CONST. ELECT. SAX. XLVIII. & XLIX. Part. II.

§. XVII.

Sed cessant iam iam dicta, si simultanei iurestitorum consensu alienatio fuerit facta, vel illi per literas reuersales vasallo, qui eos ad simultaneam iurestituram admisit, hanc potestatem concederint. Quibus in casibus non ius protimiseos tantum, sed & retractum in casu deuolutae successionis, perdunt, I. F. 5. §. 1. II. F. 39. II. F. 26. idque in tantum, ut eiusmodi consensus eorum descendantibus obfit. HARTM. PISTORIS L. 2. Qu. 7. Torgauisches Ausschreiben d. I. §. wenn dem. Quod securus se habet, si solummodo pretio, ac emtore rite designato, feudum redimere recusauerint, quo quidem in casu ad ulteriorem fendi redemptionem non sunt admittendi, facultatem vero istud ex iure deuolutae successionis reuocandi saluum atque integrum retinent, CARPZOV. Part. II. Conf. 32. Def. 1. & Conf. 48. Def. 6. quemadmodum etiam vtrumque ius iis saluum atque illibatum manet, si contractum alienationis, tanquam testes, nulla mentione consensus facta, tantummodo

subscripterint. arg. L. 39. ff. de pignor. act. HARTM. PISTOR. L. 2. Qu. 7. ESBACH. ad CARPZOV. P. 2. Conf. 28. Def. 6. modo dolus absit. CARPZOV d.l.n.s.

§. XVIII.

Deneganda etiam est vasallo facultas fundum feudalem aere alieno, nisi istud in feudi utilitatem versum fuerit, onerare, vel istum hypotheca grauare, licet maxime in id Domini directi consensum impetraverit. Quod enim in termino, uti Doctores loquuntur, prohibitum, illud nec in via concedendum est, L. 5. §. 3. ff. de auror. ruz. L. 26. in fin. Cod. de usur. Cap. 39. de regul. iur. in bzo MENOCH. Conf. 16. n. 15. MASCARD. de Probar. Concl. 102. per tot. Quae omnia tamen ita intelligenda sunt, quatenus ex eiusmodi vasalli facto simultaneo inuestito, ratione futurae successionis, praeiudicatur. Hinc dubitandum non est, quod ad tempus vitae vasalli, eiusdemque descendantium habilium, qui per sanguinem ipsi succedunt, propter quaelibet debita, a vasallo contracta, quamvis quidem feudalia non sint, executio etiam in ipsam feudi substantiam, consentiente Domino directo, fieri, imo feudum per subhastationem & insecutam additicationem in aliud transferri posse. ORD. IVD. SAX. VET. Tr. XL. f. 1. ibi: Dass es bei Unserer zur Regierung verordneten Räthe Ermäßigung und Erleichterung stehen soll, ob sie nach Gelegenheit derer Schulden oder anderer Umstände zu denen Früchten, oder aber zu dem Eigenthum des Lehn-Guthes verhelfsen wollen. Quae tamen executio itemque alienatio, eo statim tempore, vbi ad simultaneo inuestitos successio deuoluitur, resoluuntur, & feudum cum omnibus suis cohaerentibus CONST. ELECT. SAX. XXXI. Part. II. meliorationibus tamen exceptis, quae moto concursu creditoribus sunt relinquendae, aut iis in pecunia ad minimum satisfaciendum est, CARPZOV ad dict. Confit. Def. 3.

BRVN-

BRVNNEM. *Conf. 5. n. 42. seqq.* ad simultanee inuestitos reuertitur. ORD. IVD. SAX. VET. d.l. verb. sondern alleine kräftig und beständig seyn, so lange der Schuldner und dessen Söhne am Leben, CARPZOV. *Part. II. Conf. 48. Def. 13. & 2 in Tract. de oneribus Vasall. feudal. Dec. 5. Post. 2. n. 10. seqq.* Quod eo aequius est, cum simultanee inuestiti, sicuti nec iure feudali Longobardico agnati II. F. 45. ibi, nec de debito hereditario aliquid feudi nomine solvere cogitur, ad defuncti vasalli aes alienum exsolendum minime obstricti sunt. CONSTIT. ELECT. SAX. XLVI. *Part. II.* ibi des verstorbenen Besitzers hinterlassene Schuld abzutragen nicht schuldig CARPZOV. *ad dict. Conf. Def. 1. & 2.*

§. XIX.

Nec dubitandum est, simultaneam inuestituram, cum omnibus isti cohaerentibus, iuribus intuitu omnium feudorum, siue propria sint, siue impropria, concedi ac impertrari posse, cum nulla ex iure doceri possit prohibitio. *Cap. II. X. de transact. L. 43. §. 1. ff. de procurat.* Quae enim a natura insunt, semper inesse praesumuntur, nisi quid circa ea mutatum doceri possit. arg. II. F. 48. iunct. L. 27. ff. de part. ROSENTHAL de Feud. *Cap. II. Concl. 54.* SCHRADER *Part. II. Cap. 4. in fin.*

§. XX.

Sunt tamen haud pauci, qui feuda hereditaria, Erblehn, praeprimis ea, quae mere & absolute hereditaria vocantur, a concedenda simultanea inuestitura, eiusque effectibus, excipienda esse, credunt atque contendunt. Cum enim, quod feuda posteriora, mere scilicet hereditaria, attinet, vasillus de iis plerumque pro libitu, tam inter viuos, quam mortis causa, nullo licet Domini directi consensu interueniente, disponere CR A.

B 3

VET.

VETTA *Conf.* 256. n. 4. MARIA *de feud.* Tit. 31. n. 2. & 9.
 DECIVS *Conf.* 123. n. 5. eaque ad quoscumque heredes a se re-
 liecos, transferre possit, multi iudicant eiusmodi feuda mere here-
 ditaria qualitatem allodialem habere, atque hoc modo simulta-
 neam inuestituram absque effectu esse, exindeque, ceu actum oti-
 osum, quoad eiusmodi feuda, simultaneam inuestituram admit-
 tendam non esse.

§. XXI.

Quam sententiam Iure Consulti Lipsienses in causa Dr. Lud-
 wig Magens an einem, des zu Heinrich Magens Credit-
 oris bestellten Curatoris bonorum andern theils certo modo
 approbasse videntur. Cum enim viuente adhuc vasallo, feudum
 mere hereditarium possidente, Concursus Creditorum contra
 eum esset motus, & feudum hereditarium ab eo possessum se-
 questrationi subiiceretur, mortuo autem debitore frater eius
 ex iure simultaneae inuestiturae, recusata hereditate allodiali,
 feudum reuocare fusciperet, & vt sequestratio cassetar, effla-
 gitaret, sequentem in modum pronunciare non dubitauerunt,
 Dass Dr. Ludwig Magens Suchen wegen Aufhebung der Seque-
 stration zu Gaschwitz und Debitzdeuben noch zur Zeit, ehe und
 bevor Heinrich Magens Gläubiger befriediget, nicht statt hat, ad-
 ditis rationibus sequentibus: Ob wohl Dr. Ludwig Magen
 auf die in Gaschwitz und Debitzdeuben erlangte Mitbelehnshafft
 sich beziehet, und dahero vorschützt, dass er kraft solcher proprio
 iure zum Gütern gelangte, also des vorigen Besitzers Schulden,
 besonders da er in Allodio nicht Erbe seyn wolle, zu bezahlen,
 nicht gehalten wäre, darnebst er rem iudicacum durch das Vol.
 M. No. 262. fol. 83. befindliche Urtheil vor sich zu haben vermeinet,
 allermassen ex Vol. No. 453. B. L. 306. zu erschen, dass Heinrich
 Magen, da er die Cassation der Mitbelehnshafft und Disposi-
 tion über 1200. Thlr. auf solche Güther gesuchet, abgewiesen
 vor-

worden. Dennoch aber und dieweil der Vol. 5. fol. 119. befindliche Kauff-Brieff ganz klar besaget, daß denen Güthern die Qualitaet eines Allodial-Erb-Lehns zustehe, in welchen nicht anders als ordinario & ciuili modo succediret werden kan, woraus denn auch weiter folget, daß der Successor des Defuncti possessoris Schulden zu bezahlen gehalten, da unter einem solchen Allodial-Erb-Lehn und parente allodio ratione successionis kein Unterscheid gemachet werden kan, noch weniger Dr. Magens Mit-Belehnshafft denen Heinrich Magenschen Gläubigern praeiudiciren mag,

HAR FM. PISTOR. Lib. II. qu. I. No. 50. squ.

BERLICH. Part. 2. Concl. 55. No. 18. sequ.

STRVV. Cap. 14. apb. 2. No. 1.

HORN. Iurispr. feud. Cap. IV. §. 34.

DN. IACOB BORN Disp. de transm. feudi in allod.

§. 33.

STRYCK. Exam. Iur. feud. Cap. IV. qu. 45.

BERGER Discept. for. Tit. 40. obs. 1. p. 1245. No. 4. 8.

welchen nicht entgegen steht, daß von einigen solches nur von dem Iure feudal communi angenommen, und auf solches restri-
giret werden will.

CARPZOV. Part. 2. Conf. 46. def. 11.

Allermassen das Torgauische Ausschreiben von so einem Allodial-Erb-Lehn, als diese Güther sind, nicht angenommen werden kan, zudem was de Iure communi von Agnaten disponiret, de iure Saxonico füglich auf die Mit-Belehnshafft appliciret werden kan, angesehen hoc iure die simultanea inuestitura in locum agna-
tionis surrogiret worden, welches niemand in Zweifel ziehen
mag,

CARPZ. Lib. VI. resp. 77.

noch weniger zu behaupten seyn wird, daß durch die von Heinrich Magen seinem Bruder, Dr. Ludwig Magen zugelassene Mit-
Be-

Belehnshafft natura fundorum geändert seyn sollte, gestalt, als etwas unzulässliches gehalten wird, daß einer auch in allodio Mit-Belehnte annehmen könne, darwider nichts thun mag, wenn ein gewendet werden wolte, daß auf solche Massé die Mit-Belehnshafft keinen Nutzen hätte, indem solche demnoth in casu apertae eine Würkung haben, und als ein pactum successorium, gleichwie die pacta confraternitatis angesehen werden kan, welches eben so viel ist, als wenn Successio ab intestato, oder ex testamento vorhanden, wie denn auch die in alia causa gesprochene Urtheil anhero nicht zu extendiren, inmassen in ista causa der passus successionis nicht in Untersuchung gewesen, und von der Ertheilung des Consensus in oppignorationem auf die Succession als a diuersis füglich nicht zu schliessen, worbei nicht gänslich ausser Augen zu setzen, daß gleichwohl Dr. Ludwig Magen seine völlige Abfindung aus der vaterlichen Verlassenschaft erhalten und also ordentlicher Weise ihme an des Bruders Antheile von der Mit-Belehnshafft abstrahendo, kein Recht zu gestanden, und unbillig wäre, wenn er solch Brüderliches Antheil ganz frey an sich zu nehmen suchte. So ist, wie im Urtheil enthalten, von Unbillig erkandt.

§. XXII.

At enim vero rationes adductae, quod tamen pace & salua cuiusuis autoritate dictum sit, nos minime mouent, quo a regula supra in §. 19. adducta recedamus, &, quod feuda hereditaria, licet maxime mere ac absolute talia sint, simultaneam inuestituram vel in totum respuere, vel eius effectus tantummodo impedire, aut per se restringere concedamus, negamus potius eiusmodi feuda meram allodium qualitatem habere. Quae enim per pactum atque conuentionem inter Dominum directum & vasallum initam, circa eiusmodi feuda sunt mutata, naturalia tantum feudorum concernunt, quae vt per se notum

tum, substantialia minime tollunt, sed haec semper salua ac integra manent, quod & quoad reliqua naturalia, quae in specie mutata non sunt, afferendum est. *II. F. 48.* ROSENTHAL de feud. *Cap. 2.* *Concl. 38. n. 8.* CARPZOV. *Disp. feud. 2. ib. 42.* Vnde & ex his feudis, vasallus Domino suo directo, fidem feudisticam ita dictam praestare, eamque iure iurando, si nec hoc in specie remissum doceatur, confirmare tenetur. B. HORN. *d. l. Cap. II. §. 13.* Manent quoque vasalli, eiusmodi feuda possidentes, ad seruitia feudalia consueta Domino suo praestanda, obstricti. Quae enim in uestitura remissa non sunt, ab iis vasallus liber existimandus non est. *II. F. 32. in fin. iunct. L. II. §. 1. ff. de act. emt.* Competit etiam in eiusmodi feudis Domino concedenti, Dominium directum, cum suis effectibus, quatenus per liberam concessam facultatem disponendi, & transmittendi ea ad quosvis heredes restricti & limitati non sunt, nec dubitandum est, quod ob commissam feloniam & haec feuda reuocare, & vasallos iis priuare possit. *II. F. 6. 7. 24. f. 2.* qua etiam de causa literis uestiturae, super eiusmodi feuda, vasallo traditis, clausula consueta das Lehn, wie sichs gebühret, zu verdienen, und dem Lehn, so offte es zu Falle kommt, rechte Folge zu thun, und sich damit zu halten, wie oben geschrieben, und solcher Erblehn-Güther alt Herkommen und Gewohnheit ist, communiter annexitur. Conf. B. HORN. *d. l. Cap. 4.*

§. XXIII.

Sicuti itaque ex iam deducitis constat, feudum etiam mere & absolute hereditarium, cuius naturam B. HORN. *d. l. Cap. 4. §. 34. seqq.* pluribus exponit, tale esse, atque manere, & allodio opponi *II. F. 17. §. 1.* CARPZOV. *Part. II. Dec. 170.* omnesque qualitates, feudis alias cohaerentes, quatenus sc. in specie non sunt mutatae, illi competere, ita nec hoc concedimus, quod ob horum feudorum peculiarem naturam, simultanea uestitura, eorum intuitu, aut prorsus deneganda, aut ea admissa sine effectu sit. Quotidiana enim experientia docet, intuitu ho-

C

rum

rum feudorum simultaneae inuestitos admitti, iisque ius simultaneae inuestiturae dari ac concedi solere, quemadmodum etiam hoc confirmant rationes decidendi supra in §. 21. adductae, analogia vero iuris haud patitur actum absque effectu esse, L. 3. ff. de mil. testam. L. 109. ff. de legat. I. L. 20. ff. 6. ff. de petit. heredit.

§. XXIV.

Potiori hinc iure asserendum esse nos credimus, omnes effectus, quos alias simultanea inuestitura producit, ad feuda quoque hereditaria applicari posse, modo pactis & conuentionibus restricti aut mutati non sunt. Quod enim possidens feudum mere hereditarium, libere de eo, irrequisito licet Domini directi consensu, disponere, illudue ad quoscunque heredes haud raro transmittere possit, descendit ex conuentione inter Dominum directum & vasallum inita. At enim vero notissimum est, pacta atque conuentiones inter pacifcentes tantum vim ac obligationem producere, tertio autem nec noceare nec prodesse Cap. 8. X. de transact. L. 27. ff. 4. ff. de pact. L. 24. C. de pactis. Inter tertios autem simultanea inuestitos referendos esse, vel exinde patet, quod titulo singulari ius suum impetraverint, &, feudo iam antea vasallo dato, atque concessio, ad simultaneam inuestituram admitti soleant.

§. XXV.

Ex his itaque fluit, quod vasillus eiusmodi feudum hereditarium possidens, si simultanea inuestitum simpliciter & absque omni restrictione admirerit, in huius praeiudicium, nisi consensum eius obtinuerit, nihil, ratione eiusmodi feudi suscipere, atque peragere, nec illud ad quosvis heredes transmettere possit. Deneganda etiam illi est potestas feudum tale ullo aere alieno, nisi simultanea inuestitus consenserit, aut in utilitatem feudi versum fuerit, onerare, neque simultanea inuestitus illud, in casu deuolutae successionis, soluere tenetur.

§. XXVI.

Non quidem negamus, viuente adhuc vasallo, aut existentibus

bus adhuc eius descendantibus masculis, propter quaelibet debita contracta, fructus atque commoditates, ex tali feudo prouenientes, ad Creditorum satisfactionem, sequestrari posse, cum separati qualitatem feudi non retineant, sed rebus allodialibus annumerentur **Land. R. L. 2. Art. 58. CONST. ELECT.** SAX. XXII. in pr. Part. III. HARTM. PISTOR. Part. I. Qu. 24. n. 73. Nec tendit hoc in simultanea inuestitorum praejudicium, quippe quibus, a tempore demum deuolutae successio[n]is, facultas percipiendi fructus, & utilitates ex eiusmodi feudo prouenientes, competit et tribuitur.

§. XXVII.

Concedimus etiam, viuente adhuc vasallo, aut existentibus descendantibus eius masculis, consentiente praeprimis Domino directo, propter quaelibet vasalli debita, executionem in eiusmodi bona feudalia, etiam quod attinet ipsam substantiam, decerni ac peragi, eaque per subhaftationem in alios transferri posse ORD. IVD. SAX. VET. Tit. XL. f. 1. ibi: Dass es bey Unserer zur Regierung verordneter Räthe Ermäßigung und Erkämpniß stehen soll, ob sie, nach Gelegenheit derer Schulden, oder anderer Umstände, zu denen Früchten, oder aber zu dem Eigenthum des Lehn-Guthes verhelfffen wollen, sed & hoc modo simultanea inuestitis non praejudicari debet. ORD. IVD. SAX. VET. d. r. f. 6. ibi: es sollen aber auch solche Hülffen denen Mitbelehnten zum Nachtheil nicht gereichen, **Torgauisches Ausschreiben** Tit. welcher gestalt die Agnaten und Mitbelehnten s. so viel erſtlich &c. quippe qui, ad defuncti vasalli aes alienum exsolendum, regulariter obstricti non sunt, CONST. ELECT. SAX. XLVI. Part. II. ibi: des verſtorbenen Besitzers hinterlaffene Schulden abzutragen nicht schuldig seyn, CARPZOV. ad diel. Constit. Def. 1. & 2.

§. XXVIII.

Durant itaque executio in eiusmodi feudum peracta & subhastatio postmodum facta, tantummodo vsque ad mortem

C 2

vasal-

vasalli debitoris, & si descendentes masculos reliquerit, quounque & hi in viuis sunt, ORD. IVD. SAX. VET. d.l. verb. sondern allein kräftig und beständig seyn, so lange der Schuldnere und desselben Söhne am Leben. CARPZOV. Part. II. Conf. 48. Def. 13. & in Tract. de oner. vasall. feud. Dec. 5. Posit. 2. n. 10. seqq. iis vero per mortem extinctis, omnes effectus, quos executio & subhastatio sub se comprehendunt, extinguantur, & feendum cum omnibus cohaerentibus, etiam aedificiis nouiter exstructis, CONST. ELECT. SAX. XXXI. Part. III. ad simultanee inuestitos reuertitur, in tantum, vt nec illi emtori, pretium pro feudo solutum, restituere cogantur. **Torgauisches Ausschreiben** d.l. ORD. IVD. SAX. VET. d.l. §. 6. CARPZOV. Part. I. Conf. 32. Def. 26. & Part. II. Conf. 49. Def. 2. n. 4. Idem in Tract. de oner. vasall. feudal. Dec. 5. Posit. 2. n. 7. seqq.

§. XXIX.

Sunt quidem haud pauci, qui statuunt, simultanee inuestitos in feuda mere hereditaria non aliter, quam sicuti defuncti heredes allodiales succedere, atque sic allodialia bona a feudo tali nec separare, nec, declinata hereditate allodiali, successionem in bona feudalia tantum, agnoscere posse, exinde etiam BERLICHIVS P. II. Concl. 55. n. 20. seqq. asserere haud dubitauit, Successores in feuda mere hereditaria, omnis generis, debita a defuncto vasallo contracta, agnoscere, atque ea creditoribus exsoluere debere, hocque in tantum, vt nec dominus, ad quem fortasse, vel ob feloniam, vel ob defectum successorum, tale feendum rediit, a solutione eiusmodi debitorum, liberetur. Dicit enim Dominum, licet eiusmodi feendum proprio iure recipiat, istud tamen tanquam hereditarium, hoc est, tale, de quo vasallus aes alienum libere contrahere potuit, recipere, atque sic obligationem vasalli personalem, in se deriuare HARTM. PISTORIS P. II. Qu. 28. LYNCKER Resp. IV. n. 3. & 4.

§. XXX.

*) o (*

§. XXX.

At enim vero, neque Dominum directum, feudum eiusmodi hereditarium apertum recipiendo, nec simultaneae inuestitutum, si in istud succedit, ad debita personalia a defuncto vasallo contracta, exsoluenda obstrictos esse, concedimus. Vterque enim, non vniuersali, sed solo titulo singulari, in tale feudum succedit, & sic vasallum debitorem minime repraesentat, nec aliud vinculum iuris, ex quo horum obligatio fluat, doceri & probari potest. Eos quidem, qui, titulo hereditatis, defuncto debitori succedunt, allodium a feudo, & sic multo minus ab hereditario separare haud posse, sed, aut in virumque succedere, & sic defunctum debitorem repraesentare, eiusque debita contracta agnoscere, aut virumque repudiare debere, largimur, sed exinde ad eos, qui titulo prorsus singulari succedunt, argumentari posse, prorsus negamus, cum inter vtrosque magna sit differentia.

§. XXXI.

Denique etiam nihil ad rem facit, quod per eiusmodi simultaneam inuestituram, & effectus, quos ea producit, vasalli ius, quod ex natura feudi mere hereditarii iam habuit, & ante concessam simultaneam inuestitutam, rite acquisiuit, nimis restringatur ac diminuatur; quia enim simultanea inuestitura, & utrum quem ad eam admittere velit, nec ne, ab eius arbitrio dependebat, neque ad consentiendum inuitus cogi poterat, sibi imputare deber, quod simultaneae inuestitutum admiserit, nec, ante admissionem, per literas reuersales, effectus ex simultanea inuestitura prouenientes, restringendos curauerit. Consentientibus enim neque fraus, neque iniuria fit. *L. 204. ff. de Reg. iur. L. n. ff. si quid in fraud. Patron. L. 6. §. 8. ff. quae in fraud. Credit. L. u. C. de rescind. vend.* quibus accedit, quod eiusmodi vasallo omnia iura, intuitu Domini directi, cum quo conuentio- nem init, salua ac integra maneant.

§. XXXII.

His itaque rationibus, aliisque in Actis supra adductis, obue- nientibus circumstantiis, Scabinatus Vittembergensis mo-

tus, sententiam supra in §.XXI. adductam, & a Iure Consultis Lipsiensibus latam, sequentem in modum reformare, haud dubitauit: Nunmehr aus denen Acten, und derer Parthenen rechtlichen Einbringen, so viel zu befinden, daß bemeldten Dr. Ludwig Magens Suchen, wegen Aufhebung der Sequestration zu Gaschwitz und Debitzdeuben, noch zur Zeit, ehe und bevor Heinrich Magens Gläubiger befriediget, vor unstatthaft nicht zu achten; sondern, es ist solche Sequestration wieder aufzuheben, und sind ihm nurgedachte Güther, zu seiner eigenen Disposition, nebst denen, von der Zeit an, da sein Bruder Heinrich Magen verstorben, erhabenen Nutzungen, einzuräumen und abzutreten, die in dieser Sache aufgewante Unkosten aber sind aus bewegenden Ursachen gegen einander zu compensiren, und aufzuheben, additis rationibus decidendi, sequentem in modum: Dieweil aus denen Commission Actis sub M. N. 262. erhellet, daß bey Theilung derer, von dem verstorbenen Benjamin Magen hinterlassenen, und auf seine beyde Söhne, Heinrichen und Ludewigen, versäileten Grundstücken, auf vorher gegangene causae cognitionem, nach Anleitung des, fol. 19. dasselbst befindlichen allergnädigsten Rescriptes, vor dem dazumal immündigen Ludwig Magen vor sicherer und zuträglicher befunden worden, daß letzterem, welchem, als dem jüngern Bruder, die election ohne dem zugestanden, das Guth Gaschwitz zugetheilet, und überlassen werden möchte, auch, daß auf solche Arth die Theilung der Güther unter denen beyden Brüdern eingerichtet werden sollte, allergnädigst anbefohlen worden, nachgehends aber, und da, von dem ältern Bruder Heinrichen, und des immündigen Ludewig Magens Vormundern weitere Vorstellungen gethan, endlich, besage des darauf fol. 38. ergangen allergnädigsten Rescriptes, höchst gnädigst concediret worden, daß solches Guth zwar dem ältern Magen zu überlassen, jedoch anderer gestalt nicht, als gegen 3000. Thlr. verwilligte Herausgabe, an dessen jüngern Bruder, wie ingleichen, daß dieser die gesamte Hand daran erlangen möge, verstattet, auf diese Arth auch

auch der Theilungs Recels fol. 44. seqq. ohne alle Bedingung errichtet, und fol. 63. allergnädigst bestätiger, nicht weniger, besage des in Actis Vol. I. fol. 370. in beglaubter Abschrift befindlichen Lehen Scheines, auf Seiten der Lehn-Canzley, Ludwig Magen, die gesamte Hand, mit seinem Bruder Heinrich Magen, an väterlichen Guthe Gaschwitz, und dessen Zugehörungen, bekennet worden, bey diesen Umständen aber, und da Heinrich Magen oftgedachtes Guth Gaschwitz, bey der Theilung, anderer gestalt nicht, als gegen Bringung des jüngeren Bruders an die gesamte Hand, die letztern auch wirklich von Domino directo bekennet worden, erhalten hat, ersterer zum praeiuditz dieses seines Mitbelehnten, wenn auch bey dem ehemahlichen Besitzer solches Gutthes, George Friedrichen von Hopffgarthen, besage des in beglaubter Abschrift in Actis Vol. 5. fol. 119. seqq. befindlichen Lehn-Briefes, mehrgedachtes Guth zu rechten allodial und Erb-Guth aus dem Mann-Lehn verwandelt worden wäre, selbiges mit Schulden zu beschwezren keinesweges befugt gewesen, da sonst diese Mit-Belehnshafft keinen effect haben würde, ieder actus aber cum effectu anzunehmen, hierbei auch zu erwegen ist, daß nach Inhalt des Lehn-Briefes, die Verwandlung in ein Erb-Lehn, blosß aus besonderen Gnaden, gegen den von Hopffgarthen, geschehen, und von diesem oftgedachtes Guth, auf derer Magen verstorbenen Vater, als einen extraneum, der dem von Hopffgarthen nicht eimahl mit Bluts-Freundschaft zugethan gewesen, durch einen Kauff-Contract transferireet, und von solcher Zeit an, besage derer Lehn-Scheine in Actis Vol. 6. fol. 67b. seqq. solches, als ein Lehn-Guth, tractiret worden ist, hierzu auch noch ferner kommt, daß, als, besage derer Commission Acten sub M. N. 262. fol. 66. seqq. der verstorbenie Heinrich Magen 12000. fl. Anlehn, nachgehends aber, als er, mit seiner amts hinterlassenen Witwe, sich in ein Ehegölbniß eingelassen, und von dieser 12000. Rthl. gegen Versicherung auf gedachtes Guth, erhalten sollen, praecedente causae cognitione selbiger mit seinem Suchen in gedachten Commission Actis fol. 83. seqq. rechtskräftig abgewiesen, und blosß, ratione ver Verleibding, aus solchem Guth, ein gewis-

ses

les quantum determinirt worden ist, diese res iudicata auch dem Curator litis, und concurriten Gläubigern, um desto mehr entgegen gesetzt werden mag, da jener personam debitoris repraesentaret, diese aber kein besseres Recht, als der Debitor selbst, wider welchen obbemelte Urtheil gesprochen worden sind, haben können, dazumahl der jüngere Bruder, D. Ludewig Magen, von der allodial Erbschaffe seines Bruders, des communis debitoris, sich los gesaget hat. So ist gesprochener massen, iedoch mit Vergleichung derer Unkosten, da Curator litis voriges Urtheil vor sich erhalten, billig erkant worden.

§. XXXIII.

Quemadmodum vero communiter fieri solet, ut non solum singuli Doctorum, sed & integra Collegia, inter se, haud raro, dissentiant, ita, eadem fata, causa saepius adducta, experta est. Leuteratione enim interposita, Scabinatus Lipsiensis, sententiam, a Scabinatu Vittembergensi, latam, sequentem in modum, iterum immutauit: Numehro aus denen Aeten so viel zu befunden, daß noch zur Zeit, D. Ludwig Magens Suchen, wegen Aufhebung der Sequestration zu Gaschwitz und Debiz Deuben, ehe und bevor Heinrich Magens Gläubiger befriediget, vor unstatthaft allerdings zu achten, diesemnach solche Sequestration nicht wieder aufzuheben, noch ihm nur gedachte Günther, nebst denen von der Zeit an, da sein Bruder Heinrich Magen, verstorben, erhobenen Nutzungen, einzuräumen, und abzutreten, sondern es bei dem, am 30. Aug. des 1738. Jahres, eröffneten, fol. 198. Vol. V. befindlichem Urtheil, aus denen, denselben bereits ausführlich angefügten Rechtsgründen, billig bleibt. At nec haec sententia vires rei iudicatae consecuta, sed ab iiis, per interpositam Appellationem, suspensa est, hinc, quae fata ulterius saepius adducta causa habitura sit, aequo animo expectandum est.

§. XXXIV.


Sed in his subsistimus, quamvis argumenti amplitudo ulteriore expositionem postulare videatur. Temporis enim breuitate exclusi, plura hic addere destituimur, nobisque pro instituti ratione satis est, quaedam illius capita attigisse, pleniorem vero tractationem, vel aliis, qui maiori causarum feudalium peritia instructi sunt, relinquimus, vel ad aliud tempus, magis congruum, nobis ipsis reseruamus.

F I N I S.

Gräfenberg, Diss., 1739 (1).



3
Sb





250. 1934 17 20
Z.P.
Q. D. B. V.
 DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM IVRIDICAM
 DE
IVRIBVS ATQVE EFFECTIBVS
SIMVLTANEAE
INVESTITVRAE
IN FEVDIS
MERE HEREDITARIIS

PRAESIDE
IO. GODOFR. KRAVSIO, D.
 DIGEST. INFORT. AC NOV. P. P. CVRIAEC PRO-
 VINCIALIS, SCABINATVS ET FACVLT. IVRID.
 VITTEMBERG. IVDICII ITEM PROVINCIALIS
 INFER. LVSAT. ASSESSORE
PRO LICENTIA
 SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
 AC PRIVILEGIA
 RITE CAPESSENDI
 AD DIEM X. APRILIS MDCCXXXIX.
IN AUDITORIO MAIORI
 HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS
 PVBLICAEC CENSVRAE SVBIICIT
CHRISTOPH. SIGISM. GEVDTNERVS
 ADVOCAT. IMMATICVL.

VITEMBERGAE
 TYPIS EPHRAIM GOTLOB EICHSFELDII
 ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

